



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& Hieronyma[m] Rebezam. 264

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

propinquabat; nisi IGNATIVS tē-
pori adfuisset. Et hæc quidem, suis
allatum nominis IGNATIANI chi-
rographum, in lectulo resedit: at-
que omnibus IGNATIVM vocan-
tibus, Secundas rupit; fætumque,
cui ceruix crusculis implexa hæsi-
tabat, emisit. Ipsa in columis; &
infans benè habitus validusque
euasere. His talibus rerum prodi-
giis excitati Insulani, iam inter
huiusmodi pericula passim IGNA-
TII patrociniò se tuentur.

264 Eodem anno post Christi na-
talem CIO. LXXXVIII. Hierony-
mam Rebezam partus difficul-
tas per multos dies attinebat, nec
longè mulier ab interitu iam
aberat. Magna quippe corporis
debilitas, animique crebra de-
fectio, nihil ad illius exitium
reliqui fecerant. Aduertitur in-
ter hæc, prolem in vtero extin-
ctam, ceu funus vluo tumulo con-

tineri. Quamobrem cēſent, ma-
 trem inedicatā quādam buccēā
 cogendam, ut infelix onus eijciat:
 etiā ne hoc quidem nullo cum
 periculo videbatur futurum. Hic
 ipſa ſibi mater, fit optimi con-
 ſilij auctor: & ſyngrapham, qua
 de diximus, miræ rei effectricem,
 iubet applicari. Paretur. Non
 plus quartam horę partem exſpe-
 ctatum eſt, cum illa periculi om-
 nis ſecura, incolumem ſobolem
 edit. Quæ autem res in maiorem
 admirationem vertit; infantis
 buccæ, medicamentis factæ repe-
 riuntur, ijs, quæ triduo ante ma-
 ter demiferat. Ea ſimul ex ore fue-
 runt exempta, infans flere, ridere
 gaudio ceteri inceperunt.

265 Aderat commodum ſpectacu-
 lo Hieronyma Pia, Raphaëlis vx-
 or; annos iam XVI. continuos ma-
 gnis faucium doloribus tentata:
 cum glandes inibi enatæ omnem
 medi-